

que vigilantiam, assiduas familiarum visitationes, sacramenti poenitentiae frequentationem, ac praesertim extimam erga divinam eucharistiam devotionem, in horum deliciarum Domini sicut conversus.

Gooperat Olerius facere ; jam ad docendum idoneus, clericale Seminarium Sancti Sulpitii juxta suam parochialem ecclesiam instituit, ad quod alumni ex pluribus Galliae dioecesibus, tanquam examen apum, advolaverunt, quos excellentissima doctrina de abnegatione sui et unione cum Christo, de sacerdotii eminentia et officiis imbutos, juxta Concilii Tridentini mentem, ad ecclesiasticam disciplinam, piam rerum Sacrarum administrationem, vitamque apostolicam verbis et exemplis informabat.

Tandem per quinque annos gravissimis animi et corporis doloribus, tanquam aurum in fornace probatus, et viva factus imago Christi patientis, cuius crux divinitus in ejus frontis carne fuerat impressa, obdormivit in Domino, familiam Sacerdotum Saecularium post se relinquens, qui patris sui sequentes vestigia, sanctae clericarum educationi sub omnimoda Ordinariorum jurisdictione, etiam nunc in pluribus seminariis cum in agno ecclesiastici ordinis prefectu seipso devovent. Unde preces nostras precibus plurium regionum episcoporum jungimus, ut vir ille, de Ecclesia Christi optime meritus, missionariorum exemplar, miraculum parochorum, cleri institutor et reformato, catalogo Beatorum adscribatur.

Nostra tamen desideria speciali motivo vehementius accenduntur, quod nostrum Canadum spectat : Olerius enim inter hujus regionis apostolos egregium locum tenet.

Supernaturali radio illustratus, cognovit non solum civitatem sub nomine et protectione Mariae Virginis,